

3289 [*b* = 5432] litteris maximis pulcherrimisque; videntur esse duo fragmenta eiusdem tituli. In ecclesia S. Pelini.

a ISEN
DE · S *b* CIVS
RN

Descriptus *a* Garrucci syll. n. 1788, Brunn, Dressel; *b* ego, Brunn, Dressel, Gualtierius cod. Vat. 9144 f. 68.

a 1 CISEN Garr. — 2 de puncto dubitat Dressel.

3290 [= 5432] in S. Pelini.

DIVN

Vidimus ego et Dressel.

3291 [= 5432] litteris magnis et pulchris. In ecclesia S. Pelini.

I
US · C

Descripsi ego, recognovit Dressel.

3292 Pentimae in aedibus Trippitelli.

LE

A. de Nino dedit Dresselio.

3293 litteris magnis et bonis. In ecclesia S. Pelini extrinsecus.

OS

Dressel descripsit.

3294 ad S. Pelini supra aedem S. Alexandri.

Q · P

Brunn descripsit.

3295 [= 5432] in S. Pelini.

SI

Vidimus ego et Dressel.

3296 ad S. Pelini supra aedem S. Alexandri.

/SV

Descripsit Brunn.

3297 [= 5432] litteris magnis et pulchris. Ad ecclesiam S. Pelini.

SVE

Descripsi ego, recognovit Dressel. Gualtieri cod. Vat. 9144 f. 84'.

3298 [= 5432] litteris pulchris. In ecclesia S. Pelini.

TL
AB

Descripsi ego, recognovit Dressel.

3299 scripta esse dicitur litteris ad Oscarum speciem prope accedentibus. Pentimae in aquaeductu reperta.

O O SSA

Ant. de Nino apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 96.

3300 Popoli in hortis ducalibus.

TY
PON
V
FI

Dressel descripsit.

3300 a litteris magnis. Pentimae *dietro la chiesa del Soccorso*.

ABC
MI

Ant. de Nino misit per Barnabeum.

3301 Vittoriti in ecclesia parochiali.

/VERIC

Brunn descripsit.

LXXI. SVPERAEQVVM (*Castelvecchio Subrego*). *Tribu Sergia*.

Superaequum Paelignorum oppidum (v. Ovidii locum supra p. 290 allatum, ubi Sulmonem dicit Paeligni ruris partem tertiam, item n. 3306) ex nostris auctoribus non recensent nisi Plinius 3, 12, 106 et liber coloniarum tam p. 229 in Valeria: *colonia Superaequana: ager eius veteranis est adsignatus: sed postea Verus et Antoninus et Commodus aliqua privatis concesserunt*, quam p. 258 in Piceno: *Superequum: ager eius limitibus maritimis et montanis est adsignatus: in centuriis singulis iugera CC: finitur sicuti supra legitur ager Marsensis*. Stetisse ibi ubi nunc est vicus nomen retinens *Castelvecchio Subrego* sive *Subequo* tituli docuerunt ibi reperti; iidem autem demonstrant aquaeductum rei publicae Corfiniensis huc usque pertinuisse (n. 3308). Magistratus civitatis fuerunt *duoviri iure dicundo* (n. 3313; *duovir nude* 3309. 3310); *duoviri quinquennales* (n. 3307. 3309; *quinquennalis nude* n. 3311); *praefecti iure dicundo* (n. 3310. 3313); *aediles* (n. 3309. 3310. 3313), cum in titulo n. 3314 qui nominantur honores ad Corfinium magis per-

tinere videantur. Praeterea pagi duo nominantur in titulis Superaequi eruderatis Boedinus (n. 3314) et Vecellanus (n. 3305), quos pagos territorii omnino Superaequani quas honoris causa decreverant statuas Superaequi dedicavisse consentaneum est. Denique Secenari prodiit titulus n. 3312 (cf. n. 3316) pagi nescio cuius recti a tribus aedilibus; nec diversa fuit opinor *aedilitas ad deam Pelinam* tituli n. 3314. Hi aediles cum diserte scribant opus se fecisse *ex p(agi) d(creto)*, non recte Henzenus (ann. 1859 p. 204) eos cum magistratibus eiusdem nominis composuit, qui Formiis Fundis Arpini fuerunt; hi enim non pagis praefuerunt, sed ipsis civitatibus, neque his Superaequi locus relinquatur, cum adsint duoviri.

Composuimus hoc capite cum titulis eruderatis in ipsis Superaequi parietinis inventos in vicis proximis Casteldieri, Gagliani, Secenari, item trans Aternum Molinae et Acciani. Reliquos in valle Aterni superiore repertos dedimus c. LXXVI.

3302 cippus quadratus altus metr. 0.93, latus supra 0.33, infra 0.38, litteris vetustis leviter incisis. Molinae rep. ad stationem viae ferratae, est apud baronem Raphaellem Pietropaolo DRESSSEL. Iam Aquilae in praefectura.

SEX × VIBIVS × SEX F
CARVS × FER × D × D ×
L × M ×

Descriptus Dressel et ego. Ille edidit *Bull. dell' Inst.* 1877 p. 182 una cum titulo Osco aedis Herculis simul reperto.

3303 in tegulis.

a Casteldieri rep. Extat Aquilae apud Leosinium.

b ibidem rep. ad orientem, est apud Iosnam de Angelis.

a IOVI · CYRII
C · TATI · MAX *b* VI · QVIRINC

Utramque tegulam descripsit Dressel. Suam ed. Leosini apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1877 p. 209.